Speciosus præ filijs hominum ille, in quo divinæ
gloriæ splendor, Patris æterni imago, veluti
sua divinitate dignum, rufum pene Bohemum col-
oris, assumpsit. Omitto justi Galberti, Augu-
stini aurea verba, quibus servatorem Mundi rufum
fuisse ostendunt, rufa n. vacca illa quid aliud, in-
quiunt, præfigurauit, nisi rufam Christi Domini
humanitatem. Sed non obscure Theodoretum ita
de Davide vaticinantem audite: Erat n. rufus, inquit
quasi alter Adam, ideoque typus et figura Christi.
Nonne Auditores, si hic paries, quia albus est, alij
parieti similis est, et illud album esse necesse est? Ne-
mo ergo Christum rufum negabit, cuius figura
David fuit, quia rufus fuit. Et quod hic disputo,
non modo alijs Scripturæ testimonijs, sed et firmis
rationibus notabilibus, si tempus concederet, confirmare
vellem. Iam vero ita nec amæniora dici, nec fingi
illustriora, nec maiora cogitari de rufa barba possunt,
Orationis meæ telam fine otexo: plura te video
minus vobis perorasse, nisi Nigros, si qui forte
adsunt, suam sordidam vervecibus radicibus extir-
paturos, à Dijsque immortalibus singularem rufam barbam